Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Cap. xxviii.

autem pro(ver)ter os suum ad contrarium
et in verbis suis dabit scandalum
vituperando ea tamquam stulta et
mala que prius videbantur repu
tari ardua et bona. Multa au
divi scilicet mala et in hoc loquitur
actor. Et non coequavi ei i. mali
cie istius non reputavi aliam e
qualem et quia tales proditiones
solent redire super capita proditorum
subditur. Qui in altum mittit la
pidem dicitur super se. Super caput
eius cadet sicut enim aliquando contin
git. Et plaga dolosa i. dampnum
quodcumque a doloso procuratum abte
ri. Dolosi dividet vulnera i. mul
tiplicabit super eum mala. Et qui
foveam fodit etc. Repeticio est eiusdem
sententie per alia exempla et pro
ximo usque ibi. Et non agnoscet
ipse dolosus unde adveniet illi.
Nam hoc fit communiter ex divi
na providencia propter opinionem
hominum. Illusio et improperium super
borum i. que a superbis humilibus et
pauperibus inferuntur in verbis et vin
dicta in factis. Sic leo insidia
bitur illis ad penam gehenne. Laqueo
scilicet dyaboli peribunt qui oblec
tantur casu iustorum corporali sive
spirituali. Nam talis leticia directe
est contraria caritati proximorum.
Dolor autem consumet illos antequam
quam moriantur. Hoc enim aliquando
contingit sicut patet de Anty
ocho Epyphane 2 Math. 9 et
de Herode Act. 12. Ira que est pro
vicium. Et furor qui est excessus
notabilis ire utraque execrabilia.
Nam homo est animal mansue
tum natura. Et vir peccator continens erit
illorum i. continebit ista in se. Nam
utrique vas est contentivum ma
licie. Sequitur. Capitulum xxviii.

Qui vindicari vult.
Hic continuat actor et inducit
ad evitacionem vindicte
et dividitur in duas partes
quia primo inducit ad vitandum
vindictam 2o ad vitandum aliqua
que secuntur ad ipsam ibi. Absti
ne te. Circa primum dicit. Qui
vindicari vult de illatis sibi
iniurijs hoc enim malum est si
fiat zelo vindicte. Si autem ali
quis hoc velit zelo iusticie et
cum debitis circumstancijs non
est malum loquitur tamen hic
scriptura de primo tamen. Ideo
subditur. A deo inveniet vindictam
i. recipiet. Et peccata illius servans
servabit per suam iusticiam quo
nimis punienda. Relinque proxi
mo tuo nocenti te scilicet offensam
que semper est remittenda. Remit
tere vero iniuriam non est necessitatis
sed supererogacionis et aliquando non
expedit eam remittere scilicet quando in
iurians accipit audaciam ma
iorem iniuriandi et alij occasionem
similia faciendi. Scriptura tamen
loquitur de offensa et patet se
tencia usque ibi. Memento no
vissimorum i. mortis. Et desine
inimicari. Inimicicia enim sem
per est mala quia caritati proxi

Cap. xxviii